

*Fil. gr.* *L. 158.*

**Jahresbericht**  
des  
**königlichen katholischen Gymnasiums**  
**zu Gleiwig**  
für das Schuljahr 1856/57,

*XIII*

womit  
zu der am 13. und 14. August abzuhaltenden  
**öffentlichen Prüfung aller Klassen**

und

der auf den 15. August festgesetzten

**Schlussfeierlichkeit**

alle Gönner und Freunde der Anstalt  
ergebenst einlade

**C. Nieberding,**  
Director.



**Inhalt.**

1. De oratione Agathonis in Convivio Platonico habita. Vom Oberlehrer Dr. Spiller.
2. Schulnachrichten. Vom Director.



**Gleiwig, 1857.**

Gedruckt bei Gustav Neumann.



nr. inv. Spr. 43

## **Oratiuncula ab Agathone in Convivio Platonico habita quomodo eius moribus, ingenio artique respondeat.**

**Q**uicunque Platonis scripta leviter attigit, non ignorat ea illum dialogorum forma usum esse, quae ad scenicarum fabularum speciem ac similitudinem proxime accederet. Habent enim illi omnes virtutes cum fabulis communes, moresque eorum qui loquentes inducuntur tam accommodate ad veritatem descripti sunt, ut suas quisque e sua sentiendi agendique ratione tueatur partes.\* Cujus quidem rei quum alia exempla exstant permulta, tum quam maxime amatoriae Convivii orationes non minore artis et compositionis quam ingenii diversitate notabiles documento esse possunt, in quibus Plato loquentium mores et ingenia ad veritatis similitudinem effinxit et imitando ita expressit, ut audire eos et videre videaris. Quam veris enim et praeclaris coloribus Aristophanis mores et ingenium depinguntur! Quam vere hilaris Alcibiadis procacitas, obscura Eryximachi et divina Socratis sapientia adumbratur! Scribendi autem genus et quae cum illo interno quodam artoque vinculo cohaeret sentiendi resque tractandi rationem quam mirifice expressit ad veritatem Plato! Neque illud nemo sibi persuadebit, hanc ipsam veritatem omnium maxime conspicuum esse in Convivio, quod quo saepius et accuratius legeris, eo magis intelliges, plane peculiare singulorum convivarum dicendi genus esse, licet Graeca et Attica elegantia nusquam desideretur. Attamen solam cujusque orationem hic proposito exemplo illustrari vel perstringi non est statuendum. Sequeretur enim, ut idem consilium suisset in ceteris orationibus, quibus quum opposita sit Socratis disputatio, illa quoque non esset nisi ceterorum orationibus opposita. Verum enimvero pauca praefatus Socrates oratione se usurum ab illorum diversa laudes Amoris peragit ita, ut res rebus, laudandi modus laudandi modo opponatur. Qua ex oppositione quum facile intelligatur, quid Plato voluerit, (nam quod Socrates melius agit, in eo peccaverunt qui ante dixerant,) apparere putamus, quid nobis re vera Agathonis oratio exhibeat, nimirum imaginem tractatae rei, quae ad philosophiam pertinet solaque philosophia cognosci potest. Recte enim God. Stallbaumius in Praef. ad Sympos. p. 13. sq. dixit, Platonem suam de Amore sententiam in Convivio ita

\*) Cf. Athen. Deipnos. XI. p. 505.

exposuisse, ut simul attingeret eas de Amore opiniones, quae tempore illo maxime essent celebratae, atque rideret practerea rhetores et sophistas, qui in laudibus Amoris praedicandis natura ejus minime perspecta mirifice exsultarent. Quamobrem non dubitamus iis adstipulari, qui totum librum ex Prodi et Gorgiae aemulatione a Platone conscriptum esse judicant.

Hinc quum intelligatur, quid de oratiunculis in Convivio Platonicō habitis in universum statuendum videatur, ad ipsam rem accedamus, quam ita tractare visum est, prium ut veterum de Agathonis moribus, ingenio arteque testimonia percenseamus, deinde ut quomodo huic hominis imaginī respondeat oratiuncula a p. 194. E. ad p. 197. E. posita paulo diligentius inquiramus.

Ac vehementer mihi videntur errare, qui Agathonis indolem scribendique rationem ex hac oratione sola cognosci putant, siquidem veteres multa de eo memoriae prodiderunt, unde qualis fuerit intelligitur. Aristophanes quidem Agathonem vituperat ob mollitatem Thesmoph. v. 191. ubi Euripides:

σὺ δέ, inquit, εὐπρόσωπος, λευκός, ἔξυρημένος,  
γυναικόφρωνος, ἀπαλός, εὐπρεπῆς ἴδειν.\*)

Ad quem animum molliorem videntur referri posse, quae Aristophanes Ran. v. 83. sq. tectius quidem, sed jocosius de Agathone dixit:

Η. ποι γῆς ὁ τλήμων; Δ. ἐς μακάρων εὐωχίαν.

unde Ἀγαθώνειος sive Ἀγαθώνιος αὐλητης dicitur ή μαλακή, ut tradit Hesychius. Suidas addit ita vocatam fuisse τὴν εὐκρατον καὶ ἡδιστην. Verba sunt: Ἀγαθώνειος αὐλητης η μαλακη καὶ εὐλελυμένη, η η μήτε χαλαρὰ μήτε πυρὰ, ἀλλ' εὐκρατος καὶ ἡδιστη. Scholiasta ad Aristoph. Ran v 83.: Οὗτος τραγικὸς ποιητής ἐπὶ μαλακίᾳ διεβάλλετο . . . Οὗτος δὲ ὁ Ἀγάθων καμαροποιὸς τοῦ Σωκράτους διδασκαλού, αγαθὸς τὸν τρόπον καὶ τὴν πρᾶξειαν λαμπρός. καὶ φασιν ὅτι συμπόσιον ἐν ἐστιάσει αὐτοῦ γέγραπται, πολλῶν ἀμαρτιών σὺν αὐτῷ καταχθέντων.\*\*) Plutarchus de cupid. c. 8. t. 8. p. 172. A. Ως γὰρ Ἀγάθων τὸν αὐλὸν ἀπέπεμψεν ἐκ τοῦ συμποσίου πρὸς τὰς γυναικας οἰόμενος ἀρκεῖν τοὺς λόγους τῶν παρόντων· οὗτως ἀποπέμψειας ἀν καὶ στρωματὰς ἀλουργοὺς καὶ τραπέζας πολυτελεῖς καὶ τὰ περιττὰ πάντα, τοὺς πλούσιους ὄρων χρωμένους, οἷς οἱ πένητες. Quid? quod Aristophanes Thesmoph. v. 35. Agathoni impudicitiam exprobrat hisce:

καὶ μήν βεβίνηται σὺ γ', ἀλλ' οὐκ οἴσθ' ισως.

\*) Cfr. v. 29. sqq. v. 250.

\*\*) Cfr. Schol. Vindob. Lucian. ed Jacobitz. Vol. IV. p. 222: Ἀγάθων τραγῳδίας ποιητὴς εἰς μαλακίαν σωπτόμενος Αγιστοφάνει τῷ Γηραιταΐδῃ. z. τ. λ.

Ab eodem frigidus appellatur Thesmoph. v. 67., ubi servus de Agathone dicit:

καὶ γὰρ μελοποιὲν ἀρχεται· χειμῶνος οὐν  
σόντος κατακάμπτειν τὰς στροφὰς οὐ φέδιον.

Maximus Tyrius Diss. XXIV. p. 460. Reisk. Agathonem ἀβρότατον appellavit, et Lucianus Rhet. praec. II. eum cum Cinyra et Sardanapalo comparavit, quorum luxuries ac libidines in proverbio erant: πάναβρόν τινα Σαρδανάπαλον ἢ Κινύραν ἢ αὐτὸν Ἀγάθωνα τὸν τῆς τραγῳδίας ἐπέραστον ποιητήν.

Quae quum ita sint, Agathonem, id quod vel e Platonis Protag. p. 315. E. patet, vita mollem effeminatumque fuisse, nemo non intelligit.

Sed elegantis eundem ingenii laude floruisse non tantum perspicuum est e Platonis Protagora\*) et ex Convivio\*\*), sed etiam inde efficitur, quod et in tragoeiarum certamine victor renuntiatus est,\*\*\*) et multi versus quum ab Athenaeo, tum ab Aristotele, aestimatore talium rerum peritissimo, hoc nomine laudantur. Ab Aristophane Thesm. v. 49. et v. 60. καλλιεπῆς vocatur Agatho, et Philostratus Vit. Soph. I, 9, 1. p. 14. ed. Kays. haec habet: Καὶ Ἀγάθων δὲ ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητής, ὃν ἡ παιμαρία σοφόν τε καὶ καλλιεπῆς οἶδε, πολλαχοῦ τῶν λαμπεῖων γοργιάζει. Neque exiguam Agathoni laudem tribuit Aristophanes Thesm. v. 187, ubi Euripides eum sic alloquitur:

Μόνος γάρ ἄν λέξεις ἀξίως ἔμου.

Verum tamen erant in poesi ejus, quae reprehendi merito possent. Quare Aristophanes ejus elegantiam prope meretriciis artibus sicutam notavit Thesmoph. v. 130. sq.:

ὡς ἥδυ τὸ μέλος, ὡς πότνιαι Γενετυλλίδες,  
καὶ Σηλυνδριώδες καὶ κατεγλωττισμένον κ. τ. λ.,

item granditatis et acuminis affectationem, quae notissima est ex ejus fragmentis, quorum infra nonnulla proferam, et ex Aristoph. Thesm. v. 53. sqq.:

καύπτει δὲ νέας ἀψιδᾶς ἐπῶν·  
τὰ δὲ τορνεύει, τὰ δὲ κολλομελεῖ,  
καὶ γνωμοτυπεῖ κάντονομάζει  
καὶ ηροχυτεῖ καὶ γογγύλλει  
καὶ χοιχνεύει.

Atque Plutarchus Quaest. Sympos. III, 1, 3. Agathonem vituperat, quod primus chromatico genere in tragodia usus sit, hisce verbis: Θαυμάζω δὲ καὶ Ἐρατωνα τού-

\*) Cfr. I. c. ubi Agatho dicitur καλός τε καγαθὸς τὴν φύσιν, τὴν δ' οὖν ἴδεαν παντανεύεις.

\*\*) Etenim quicunque urbani erant Athenis ac politi, ii Agathonis familiaritate libenter utebantur.

\*\*\*) Cfr. Platon. Conv. p. 173. A., Athenaeus V. 216., Anonym. descr. Olymp. ad Ol. XC, 4.

τον, εἰ τὰς μὲν ἐν τοῖς μέλεσι παραχρώσεις βδελυττόμενος, καὶ πατηγορῶν τοῦ καλοῦ Ἀγάθωνος, ὃν πρῶτον εἰς τραγῳδίαν φασὶν ἐμβαλεῖν καὶ ὑπομίξαι τὸ χρωματικὸν, ὅτε τοὺς Μυσοὺς ἐδίδασκεν, αὐτὸς δὲ ἡμῖν, ὡς ὀράτε, πουάλων χρωμάτων καὶ ἀνθηρῶν τὸ συμπόσιον ἐμπέπληκε π. τ. λ.\*.) Ad hanc musicae depravationem etiam Mnesilochi apud Aristophanem Thesmoph. v. 100. irrisio Agathonis referenda est: μύρμηκος ἀτραπούς, ἢ τὶ διαμινύρεται,\*\*) Nec minus Agathonem multis saepe antitheticis usum esse quum ab aliis memoriae proditum est, tum ab Aeliano Var. Hist. XIV, 13. his verbis: πολλοῖς καὶ πολλάκις χρῆται τοῖς ἀντιθέτοις ὁ Ἀγάθων. Ἐπεὶ δὲ τις οἷον ἐπανορθούμενος αὐτὸν ἔβουλετο περιωρίσιν αὐτὰ τῶν ἐκείνου δραμάτων, εἰπεν· Άλλὰ σὺ γε, γενναῖε, λέληθας δεαυτὸν τὸν Ἀγάθωνα ἐκ τοῦ Ἀγάθωνος ἀφανίζων. Οὕτως επομά ἐπὶ τούτοις ἐκείνος, καὶ φέτο τὴν αὐτοῦ τραγῳδίαν ταυτ' εἶναι.\*\*\*)

Ac licet illud Agathonis genus hodie quoque, licet deperditis ejus tragoeidiis, cognoscere ex reliquiis quibusdam tenuibus,\*\*\*\*) veluti ex eo versu, quem servavit Aristoteles Ethic. Nicom. VI, 4. p. 1140, et Simplicius ad Aristot. Phys. II, p. 73:

Τέχνη τύχην ἔστερεξε καὶ τύχη τέχνην.

aut ex eo loco, quem idem Aristoteles Rhet. II, 19. p. 1392. memoriae prodidit:

Καὶ μήν τὰ μέν γε τῇ τέχνῃ πράσσειν, τὰ δὲ

ἴημεν ἀνάγκη καὶ τύχη (sic Grot. Exc. 436) προγίγνεται.

Ex eodemque genere sunt hi Agathonis versus, quos Athenaeus V. p. 185. et p. 211. et XIII. p. 584. servavit:

Tῷ μὲν πάρεργον ἔργον ὡς ποιούμεδα,  
τῷ δὲ ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεδα. —  
Εἰ μὲν φράσω τάληθές, οὐχὶ σ' εὐφρανῶ.  
εἰ δὲ εὐφρανῶ τι σ', οὐχὶ τάληθές φράσω. —  
Γνωμή τοι σώματος δι' ἀργίαν  
ψυχῆς φρόνησιν ἐντὸς οὐκ ἀργὸν φορεῖ.

Ex iis locis, qui Stobaei cura ad nos pervenerunt, hoc pertinent Floril. III, 16. LIV, 4.:

Οὐ τῇ φρονίσει, τῇ τύχῃ δὲ ἴσφαλμεδα. —

Γνώμη δὲ πρείσσων ἔστιν ἡ βάσις χρων.

\*) De quo molli musicae genere conferenda sunt quae idem Plutarchus de mus. 20. p. 1137. E. observavit.

\*\*) De quo loco vide quae disputarunt Rob. Enger. I. c. et Rob. Reichardt. in progr. gymn. Ratisb. a. 1853. p. 14.

\*\*\*) Cfr. Imman. Bekk. Anead. Gr. p. 410.

\*\*\*\*) Agathonis fragmenta collegerunt et disposuerunt W. C. Kayser. in progr. gymn. Sagan. a. 1845, C. B. Martini in progr. progymn. Valcens. a. 1846., Fr. G. Wagner a. 1846. Paris. apud Firm. Didot.

Eodemque pertinet quod a Maximo ad Stob. Serm. XCIX. p. 163. sq. additum legimus: *Αγαθῶν εἰπεν, τοὺς φθονέρους τῶν ἀνθρώπων οὐχ οὐτισμὸς εὐφραίνεσθαι ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἀγαθοῖς, ὡς ἐπὶ τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς.*

Neque mirum est, si Agathonem propter immodicum hunc antithetorum, isocolorum similiusque artium rhetoriarum usum imitando irrisit Aristophanes Thesmoph. v. 146. sq. v. 198. sq., v. 201.

Agathonem autem constat Gorgiae Leontini auditorem fuisse, et Scholiasta Vindob. Lucian. ed. Jacobitz. Vol. IV. p. 222. eum Gorgiae in dicendo ornamenta adhibuisse tradit (Ἐμμεῖτο δὲ τὴν πομφότητα τῆς λέξεως Γοργίου τοῦ βίητρος), quocum consentit Philostratus Vit. Soph. I, 9, 1. p. 14. ed Kays.: καὶ Ἀγαθῶν ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητής, ὃν ἡ πομφωδία σοφὸν καὶ παλλιεπή οἶδε, πολλαχοῦ τῶν ἴαμβειῶν γοργιάζει. Plato igitur illam cum Gorgia similitudinem in Convivio p. 198. C. lusu significat, quam e Gorgias et Gorgo nominum similitudine capit. Quamobrem non dubitamus, quin Gorgianae eloquentiae specimen Agathonis oratio habenda sit.

Jam vero Gorgiam ipsum artificis rhetorici carere non potuisse vel inde perspicuum est, quod testibus Platone Men. p. 70. C. et Gorg. ab init., Cicerone de Fin. II, 1. et de Orat. 1, 22, 103. et III, 33, 129., Philostrato prooem. ad lib. I. s. v. p. 482., Quintiliano II, 21, 21. et XII, 11, 21. primus ausus est in conventu poscere quaestionem, i. e. jubere dicere, qua de re quisque vellet audire. Unde quum acutum et subtile Gorgiae ingenium fuisse eluceat, facile arrogantiam, qua omnium rerum scientiam et cognitionem profitebatur, excusationem invenire putamus. Omnem autem sophistarum rationem castigat Plato Phaedr. p. 267. A., quo loco simul intelligimus Gorgiae hunc fuisse morem, ut modo orationem longius produceret aut altius repeteret,\*) modo breviter et sententiose diceret, id quod ipse de se praedicat apud Plat. Gorg. p. 449. C., qua in re, ut in omni docendi arte, Agathonem ad Gorgiae imitationem se totum composuisse reliquiae ejus satis ostendunt.

Idem dicere licet de dicendi ratione. Atque haec in Gorgiae sermone conspicua fuit in tropis et sententiis, in figuris, in compositione, quae quidem omnia fontem videntur habere novitatis quaerendae et ingenii ostentandi studium, quo incitatus non tantum in arte sua colenda tradendaque, sed etiam in dicendi ratione a vulgari consuetudine, incompta illa atque inornata, ad gravitatem et dicendi splendorem recessit. Quare Dionysius, testis gravissimus, licet non liber a nimiae in judicando severitatis suspicione,

\*) Hujus rei multa sunt exempla, neque a vero nobis videbitur aberrare, qui Philostratum in ep. ad Jul. Aug. XIII. p. 920. illam consuetudinem tetigisse statuerit hisce verbis: ἐπεχωρίαζον πολλαχοῦ μὲν, μᾶλιστα δὲ ἐν τῷ ἐποποιῶν κύκλῳ.

de adm. vi Demosth. c. 4. p. 963. μεγαλοπρέπειαν καὶ σεμνότητα καὶ καλλιλογίαν ei tribuit, et jud. de Lys. c. 3. p. 458. tropicam ejus dictionem appellat. Schemata autem, quae recte Gorgiae tribuuntur, sunt ἀντιθέσεις s. ἀντιθετα, παρισώσεις s. πάρισα, παρομοιώσεις s. παρόμοια,\* ) quae diu sola videntur dicendi artem discentibus esse tradita. Nam et Aristoteles l. c. ea commemorat sola et Dionysius saepissime altero raro tantum omissa Gorgiae tribuit.\*\*) Ceterum tribus illis schematis comprehenduntur etiam ea, quae ab aliis scriptoribus recentioribus tribuuntur Gorgiae praeterea, ὁμοιοτέλευτα, ὁμοιοκάταρκτα, παρονομασίαι: et quae statuuntur ab hominibus doctis discrimina, ea in Gorgiae aetatem non cadunt.

Restat, ut ornatum attingamus, quo Gorgiam in compositione usum esse supra diximus. De qua re notabilis est locus Cic. Orat. XIII, 40.: Nam quum concisus ei (i. e. Isocrati) Trasymachus minutis numeris videretur, et Gorgias, qui tamen primi traduntur arte quadam verba vinxisse; Theodorus autem praefractior, nec satis, ut ita dicam, rotundus: primus instituit (i. e. Isocrates) dilatare verbis et mollieribus numeris explere sententias. et Demetr. περὶ ἐρμηνείας XV: δοκιμάζω γὰρ δὴ ἔγωγε μῆτε περιόδοις ὅλον τὸν λόγον συνειρεσθαι, ὡς ὁ Γοργίου, μῆτε κ. τ. λ. cl. XII.: quibus locis intelligitur Gorgiam totas orationes ex periodis minutis et artificiosis contexuisse.

Gorgias autem quantum tum ad colendam artem rhetoricae, tum ad acuenda et subigenda hominum ingenia valuerit, hinc intelligitur, quod multi in dicendo eum imitati esse perhibentur, veluti Demetrius Phalereus, Thucydides, Critias, Isocrates, Alcidamas Elaites, Polus Agrigentinus, Aeschines, Socrates, Antisthenes, alii. Atque Agathonem quidem inter Gorgiae imitatores non infirmum locum obtinuisse orationemque ab eo habitam majus quoddam Gorgianae eloquentiae specimen nobis videri quam supra universe significaverimus, nunc locis quibusdam e Convivio ipso petitis confirmaturi sumus. Finita igitur Agathonis oratione de Amore magno cum plausu eorum qui audiebant Socrates p. 198. B. diecit, se post talem orationem loqui dubitare: μέλλων λέξειν μετὰ καλὸν καὶ παντοδαπὸν οὐτω λόγον ρηθέντα; καὶ τὰ μὲν ἄλλα οὐχ ὁμοίως θαυμαστά; τὸ δὲ ἐπὶ τελευτῆς τοῦ καλλους τῶν ὄνομάτων τις οὐκ ἀν ἐξεπλάγη ἀκούων; et paulo post:

\* ) Cfr. in primis Cic. Orat. c. 52. §. 175: Παρὰ παρίbus adjuncta (i. e. πάρισα) et similiiter definita (i. e. παρόμοια) itemque contrariis relata contraria (i. e. ἀντιθετα) Gorgias primus invenit. cl. c. 50. ab iuit. et c. 49. §. 164. et Aristot. Rhet. III, 9, 31. p. 183.: παρισώσις, ἐὰν ἵσα τὰ καλά· παρομοίωσις δὲ, ἀν ὁμοια τὰ ἴσχατα ἔχη ἐκατέρον τῶν καλων· ἀνάγκη δε η ἐν ἀρχῃ η ἐπὶ τελευτῆς ἔχειν, καὶ ἀρχῃ μὲν ἀεὶ τὰ ὄνόματα, η δὲ τελευτὴ τὰς ἐσχάτας συλλαβάς, η τοῦ αὐτοῦ ὄνόματος πτώσεις, η τὸ αὐτὸ ὄνομα.

\*\*) Cfr. Dionys. de comp. verb. c. 23. p. 368., de Lys. c. 14. p. 483., de Isocr. c. 2. p 339. etc.

καὶ γάρ με Γοργίου ὁ λόγος ἀνεμίμησκεν, ὥστε ἀτεχνῶς τὸ τοῦ Όμήρου ἐπεπόνθη· ἔφοβούμην, μή μοι τελευτῶν ὁ Ἀγάθων Γοργίου κεφαλὴν δεινοῦ λέγειν ἐν τῷ λόγῳ ἐπὶ τὸν ἐμὸν λόγον πέμψας αὐτὸν με λιθον τῇ ἀφενίᾳ ποιήσειε. Quo loco Socrates lepide Gorgiae sophistae et Gorgus, terribilis illius monstri, nominibus ludens tam similem sibi visam esse Gorgiae et Agathonis orationem indicat, ut ipse audita Agathonis oratione tanquam conspecto Gorgus capite ne in lapidem mutatus plane obmutesceret veritus sit.\* Eodemque pertinet quod Dionysius de adm. vi dicendi in Demosth. VI. p. 963. de Gorgia dixit: *καταπλήξασθαι τῷ κάλλει τῶν ὄνομάτων.*

Quibus praemissis et fundamenti instar positis quum qualis Agatho vita scriptisque fuerit appareat, demonstrare licet, quomodo ejus moribus, ingenio artique oratiuncula ab eo habita respondeat. In qua disputatione non id agemus, ut omnem orationem exponamus, (hoc enim et longum esse et vero inutile videtur,) sed eo tantum omnem operam conferemus, ut quae ad rem videntur plurimum facere et explicatione maxime egere, ea paulo diligentius componamus atque interpretemur.

Atque Agatho omni ex parte similissimus ejus, cuius disciplina usus fuerat, prorsus ad modum sophistarum speciem sophistice cogitandi p[re]se ferens rhetorica sententiarum conformatio[n]e et argumentatione utilitur, ut ordinem vitiosum celet.\*\* Quamquam hac ipsa speciosa philosophandi ratione notionem rerum in animo informare et artificiose collecta examinare atque disjungere a vere probatis cogimur. Quamobrem per totam orationem artificia rhetorica et sophistica, quae omnibus sophistis trita erant et usitata, quibusque speciem verae demonstrationis efficere studebant, orator mirifice cumulat.

Jam si ipsius argumenti rationem habemus, non potest quidem negari Agathonem id spectavisse, ut omnem Amoris describendi materiam persequeretur: etenim deinceps deus pulcherrimus, tenerrimus, prudentissimus, justissimus, sapientissimus quique omnes hominum atque deorum res ordinet designatur: sed tamen his attributis generalibus speciem interni ac necessarii nexus tribuit, ut summa esse videantur ex ipsa explicatione effecta. Cernitur autem captiosum fallendi genus in eo, quod Agatho demonstratus id quod vult assumptionibus pro libidine confictis, quae non minus quam id quod demonstrandum est argumentis indigent, tanquam munimentis atque argumentationibus utitur, ita ut usque quaque per syllogismos quidem et conclusiones moveamur, sed nunquam e circulo examus et, ubi ad finem pervenisse nobis videamur, ad principium relegemur. Qua ratione licet species progressus efficiatur, tamen re diligentius explorata omnia eo redeunt, ut

\*) Cfr. Hier. Mueller. ad Plat. Conviv. (Lips. 1851.) not. 55.

\*\*) Merito igitur Plato sophistis tribuit δοξαστικόν τινα περὶ πάντων ἐπιστῆμην, αλλ' οὐκ ἀληθειαν. Sophist. p. 233. C.

finita disputatione nulla omnino definitio sit reperta propterea quod nulla ex ipsa quaestione profecta est. Ita Agatho orditur ab observatione in superioribus orationibus non tam deum quam homines propter bonum a deo acceptum praedicari, quum prius ostendum fuisset, qualis auctor tantorum bonorum et cuiusmodi bona ipsa sint. Quare affirmat Amorem firmissimum omnium deorum esse, quoniam pulcherrimus sit et optimus. Pulcherrimum autem esse, quod natu minimus sit: natu autem minimum esse, quod senectutem effugiat sociumque se juventuti adjungat. Nec vero tantum semper juvenem esse, sed etiam nunquam tenerimum esse desinere. Etenim neque in terra neque in capitebus, sed in animis iisque omnium mollissimis hominum atque deorum habitare eum: quicunque vero mollissima quaeque tangat, eundem tenerimum esse necessario. Neque alia via Amoris ingenium explicatur. Nam neque offendere eum neque offendendi, quia nec faciat vim nec patiatur, sed quemvis Amori omnia ultro praestare quaecunque velit: quod vero volens volenti praestet, id leges bonum esse existimare: ergo justissimum esse. Eudem autem esse sapientissimum et temperantissimum. Etenim temperantiam esse dominationem animi in libidinem atque in alios impetus animi: potentissimam vero cupiditatem esse Amorem: quodsi reliquae omnes inferiores sint, Amorem iis imperare, itaque eum sapientissimum esse et temperantissimum.

Quae rei expositio, quam omissis omnibus ad rem ipsam minus pertinentibus exhibuimus, imaginem, quam de Agathone supra expressimus, veram esse ostendet. Quemadmodum enim in omnibus, quae cum alii sophistae tum Gorgias, cuius disciplina usus est Agatho, disputatione, series quaedam conclusionum et catena appareat, cuius singula membra rursus sententiae sunt non probatae, quibus tamen species justae continuatatis tribuitur:\*) ita in hac oratione Agatho ubique se Gorgiae discipulum ostendit sophisticam illam rei tractandae rationem exhibens, secundum quam omnia quae apta viderentur ex longinquo quasi arripuit, de qua Gorgiae consuetudine supra explicavimus, non tam veri quam speciosi rationem habens et ut auditoribus persuaderet omnibus artificiis curans. Neque spes eum fefellerit. Nam et ceteri convivae maximo plausu exceperunt ejus orationem et vero is, cui post illum dicendum erat, Socrates, qui cum se tanquam *Τοργεῖη πεφαλῆ* objecta haud leviter conturbatum fateretur, simul et artificium hominis amicissimi collaudavit et suam illam egregie tenuit *εἰρωνείαν*. Agathonis autem

\*) Etsi igitur Agathonis oratiuncula ad Amorem recte cognoscendum non multum conferri, tamen quod ad formam attinet maximi momenti est, quippe quae quidem in circulo speciosarum conclusionum moveatur, sed simul cogitandi modum, in quo omnia inter se nexa esse debent, ostendat atque ita viam aperiat, qua qui scite progreditur ad veri cognitionem perveniat necesse est. Quare Agathonem Socrati viam patefecisse existandum est justae disputationis.

plerique illius aetatis similes fuerunt poetae, captabantque et philosophorum argutias et inventa sophistarum in scenam inducebant. Quos exagitavit Aristophanes Ran. 89. sqq.

οὐκον γέτερός εστί ένταυθα μειρανύλλια  
τραγῳδίας ποιούντα πλεῖν ἢ μύρια,  
Εὐριπίδου πλεῖν ἢ σταδίω λαλίστερα;

Ubi quid sit quod λάλους dicit quum ex iis intelligitur, quae de se ipsum prae-dicantem fecit Euripidem Ran. 964., tum maxime ex eo perspicitur, quod hujus tragoe-dias περιλαλούσας et σωματογόμφους dicit apud Diog. Laert. II, 18. (vel apud Dindorf. fragm. Aristoph. p. 21.) Apparet igitur, non tantum Agathonem Gorgiamque, sed omnes eorum similes laedere atque proscindere voluisse Platonem. Nam si unius hominis natu-ram describis ridesque, simul omnes, qui illius sunt similes, hostiliter aggredieris. Plato tamen quam prudenter hoc fecerit, non est quod doceamus.

Sed ne ab arrogantia quidem, qua Gorgiam omnium rerum scientiam et cogni-tionem professum esse supra observavimus, Agathonem alienum fuisse existimandum est, id quod vel inde patet, quod Socrates finita Aristophanis oratione per ironiam Agathonis fortitudinem et magnum animum, quo tot coram hominibus in scenam prodierit, p. 194. A. B. laudat, quemadmodum p. 198 C. sophistarum de qualibet re loqui non dubitan-tium audacia in Agathonis oratione conspicua notatur. Eodemque pertinet quod p. 201. B. Agatho respondet: Κινδυνεύω, ω Σώματες, οὐδὲν εἰδέναι ων τότε εἶπον. Unde in-sitia explicanda est, quam Plato videtur quum alibi illudere voluisse tum p. 195. C., ubi Rueckertus et Schleiermacherus recte adstipulantur Stallbaumio annotanti: manifestum esse, Agathonem pree nimio doctrinae ostentandae studio, quid inter Hesiodi atque Par-menidis narrationes interesset, prorsus non vidisse adeoque nunc dissimillima temere inter se confundere ac miscere. cf. p. 195. D.

Nec minus in mollitia ab omnibus, qui de Agathonis moribus exposuerunt, no-tata ejus oratiacula mirabiliter ad veritatem expressa est. Documento sint versus p. 195. D. ex Hom. Iliad. 19, 92. commemorati, qui ut molliissimi sunt atque exquisita ele-gantia compositi, ita Agathonis ingenio maxime convenientiunt:

τῆς μὲν δ' ἀπαλοὶ πόδες· οὐ γὰρ ἐπ' οὐδεῖ  
Πιλναταῖ, ἀλλ' ἄρα ἢ γε πατ' ἀνδρῶν πράστα βαίνει.

Versus enim similiter cadentes veteribus mollitiae indicium fuisse videntur, ita ut οὐδεῖ, quod apud Homerum et in aliquot Platonis libris est, videatur merito retineri pro οὐδεος, quod eorum sedulitati deberi recte judicatur, qui versus similes casus in exitu habentes non ferendos censuerunt. Talibus autem versibus etiam Persius de effe-minatis et enervatis poetis usus est Sat. 1, 93. sq. et v. 98. sqq. Nec vero in verbis tantum placidissimi instar fluminis decurrentis, sed etiam in rebus Agathonis ingenium

ad mollitem proclive cognoscitur, veluti in iis quae leguntur p. 195. E.: ἀπτόμενον (i. e. "Ἐρωτα) οὐν ἀεὶ καὶ ποσὶ καὶ πάντῃ ἐν μαλακωτάτοις τῶν μαλακωτάτων, ἀπαλώτατοι ἀνάγκη εἶναι.

Quibus ita expositis quum appareat quam accurate mores atque ingenium Agathonis expresserit Plato, reliquum est, ut quomodo arti ejus respondeat oratiuncula ei tributa disquiramus, in qua quidem quaestione non opus est singulas partes pertractare, sed pauca quaedam, quae artem ejus in primis ostendunt, illustrare satis erit. Atque ex argumenti expositione satis putamus cognosci sophistarum illam rationem, de qua supra fuisse disseruimus, secundum quam omnia quae apta viderentur ex longinquo quasi arripiuisse Agathonem docuimus: de quo dicendi genere haud injuste scripsit Dionysius in judicio de Isocrate V. p. 536. πεφυρμένην δὲ παραλαβὼν (ὁ Ἰσοκράτης) τὴν ἄσκησιν τῶν λόγων υπὸ τῶν περὶ Γοργίαν καὶ Πρωταγόραν σοφιστῶν.

Nec minus Gorgiana disciplinae admonet dictorum ἀνακεφαλαῖσις, quae qualis sit ut intelligatur haec exempla in medium proferre libet: Ἐγὼ δὲ δὴ βούλομαι τρώτον μὲν εἰπεῖν, ὡς χρῆ με εἰπεῖν, ἔπειτα εἰπεῖν. et paulo post: Φημὶ οὖν εγὼ . . . "Ἐρωτα . . . καλλιστον ὄντα καὶ ἄριστον. ἔστι δὲ καλλιστος ὥν τοιόδε. πρωτον μὲν νεώτατος θεών . . . Νέος μὲν οὖν ἔστι, πρὸς δὲ τῷ νεωτέραν ἀπαλός. . . νεώτατος μὲν δὴ ἔστι καὶ ἀπαλώτατος, πρὸς δὲ . . . Περὶ μὲν οὖν καλλονος τοῦ θεοῦ καὶ ταῦτα ἴκανα, καὶ ἔτι πολλὰ λειπεται, περὶ δὲ ἀρετῆς "Ἐρωτος μετὰ ταῦτα λέκτεον. . . πρὸς δὲ τῇ δικαιοσύνῃ σωφροσύνης πλείστης μετέχει. Περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας τοῦ θεοῦ εἴρηται, περὶ δὲ σοφίας λειπεται. Hoc tautologiae genere, quo firmius omnia in audientium animis haererent, per totam orationem usus est Agatho.

Alia indicia peti possunt ex singulis periodis. Qua quidem in re difficile sane est habere delectum, quum et periodi et figurae illae, quas communes fuisse Agathoni cum Gorgia magistro supra comprobavimus, ita coacervatae sint, ut semper se alia aliam excipient. Atque contrapositorum quidem exempla haec sunt: p. 196. B. "Ἐρως οὐτ' ἀδινεῖ οὐτ' ἀδικεῖται π. τ. λ., et οὐτε γάρ αὐτὸς βίᾳ πάσχει, . . . οὐτε ποιῶν ποιεῖ. ibid. D. οὐ γάρ ἔχει "Ἐρωτα Ἀρης, ἀλλ' "Ἐρως Ἀρη. Sed vix opus est plura proferre, praesertim quum raro in periodo aliqua una tantum figura inveniatur, sed ubique ferc plures, ut alia exempla in reliquorum schematum exemplis reperiantur. De antithetis Cicero loquitur Orat. c. 50. init.: „Semper haec, quae Graeci ἀντιθετα nominant, quum contrariis opponuntur contraria, numerum oratorium necessitate ipsa efficiunt etiam sine industria. Hoc genere antiqui jam ante Isocratem delectabantur, et maxime Gorias: cuius in oratione plerumque efficit numerum ipsa concinnitas.“ Varia autem genera enumerat Quintilianus IX, 3, 81. sqq., et Dionysium eadem hoc nomine significasse intelligitur ex iis exemplis, quae in judic. de Isocr. V. p. 562. sqq. ex Isocrate


commemorat. Paria paribus adjuncta et similiter definita quum alia tum haec sunt: p. 197. D. οὐτος δὲ ἡμᾶς ἀλλοτριότητος μὲν πενοὶ, οἰκειότητος δὲ πληροὶ, et πραότητα μὲν πορίζων, ἀγριότητα δὲ ἔξοριζων· φιλόδωρος εὐμενεῖας, ἄδωρος δυσμενεῖας. π. τ. λ. Quarum figurarum apud Dionysium exempla inveniuntur, desiderantur definitiones. Sed Aristoteles, doctissimus ille talium rerum existimator, Rhet. III, 9, 31. p. 183. auctor est, παρισώσιν membrorum, παρομοίωσιν verborum similitudine effici. Hujus autem figurae species sunt ὁμοιοτέλευτα, ὁμοιοπάταριτα, παρονομάσια, a scholiasta ad Hermogenem Rhet. gr. T. II. p. 412. commemorata. cf. Lex. rhet. p. 295, 31. Quae omnia nihil attinet singulis exemplis illustrare. Sed quae in extrema oratione leguntur quum specimen omnium figurarum exhibere videantur et vere Gorgiana sint, non possum quin hoc loco perscribam: Ούτος δὲ ἡμᾶς ἀλλοτριότητος μὲν πενοὶ, οἰκειότητος δὲ πληροὶ, τὰς τοιάδε ἔννοδους μετ' ἀλλιγῶν πάσας τιθεὶς ἔννοιέναι, ἐν ἑορταῖς, ἐν χοροῖς, ἐν θυσίαις γιγνόμενος ἥγεμον· πραότητα μὲν πορίζων, ἀγριότητα δὲ ἔξοριζων· φιλόδωρος εὐμενεῖας, ἄδωρος δυσμενεῖας· ἵλεως ἀγαθοῖς, θεατὸς σοφοῖς, ἀγαστὸς θεοῖς· ἔγιλωτὸς ἀμοιροῖς, κτητὸς εὐμοίροις· τρυφῆς, ἀβρότητος, χλιδῆς, χαρίτων, ιμέρου· πόδου πατήρ· ἐπιμελῆς ἀγαθῶν, ἀμελῆς κακῶν· ἐν πόνῳ, ἐν φόβῳ, ἐν πόθῳ, ἐν λόγῳ πυθερνήτης, ἐπιβάτης, παραστάτης τε καὶ σωτὴρ ἄριστος, ἔνυπταντων τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων κόσμος, ἥγεμων κάλλιστος καὶ ἄριστος, φ χρῆ ἐπεσθαι πάντα ἀνδραὶ ἔφυμνούνται καλῶς, καλῆς φόρης μετέχοντα, ἢν ἀδει θελγων πάντων θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων νόημα.

Facile intelligitur, quam artificiose Agatho verba inter se composuerit, quam lepide paria paribus reddiderit, contraria contrariis retulerit, similiter cadentia et desinencia similiter cumulaverit. Quo nomine Agatho irrigus est non solum ab Aristophane Thesm. V. 146 sq., V. 199 sq. et in Thesm. poster. fragm. 300, b. ed. Dind. (fragm. VII, ed. Bergk.), sed etiam a Platonico Socrate, id quod et ipsi supra docuimus et observavit Athenaeus V. p. 187. his verbis: Πλάτων, inquit, χλευάζει τε τὰ ἴσονωλα τὰ Ἀγαθῶνος καὶ τὰ ἀντίθετα. Sed hac schematum abundantia sicut luxuries quaedam ingenii, ita etiam puerilis, quam vocant, aetas oratoriae artis significatur. Agatho enim in hac re similis erat bonae indolis pueris et adolescentibus, qui his ipsis orationis ornamentis affluere solent et abundare. Quapropter quod Gorgiae rationem Dionysius saepe appellat puerilem et schemata de scena petita,\* idem de Agathone stutuere quis est qui dubitet? Omnis enim ejus oratio numeris funditur, qui rhetoricam periodorum indolem fere excedant, ad finem vero ita exsurgent, ut quum melici poematis naturam prorsus in-

\*) Veluti judic. de Isocr. c. 15. p. 561, ep. ad Pomp. c. 1. p. 756., de admir. vi Demosth. c. 25. p. 1033.

duant, ipsi convivae verborum totiusque dictionis jucunditate et magnificientia percel-  
lantur summaque admiratione afficiantur.

Sed quid plura? Orationem, qua Plato in Convivio Agathonem facit usum,  
ejus moribus, ingenio artique mirum in modum respondere, satis nobis videmur demon-  
strasse. Quare scribendi finem facimus, ne plura afferendo fines ejusmodi commentariis  
praescriptos transeamus.



# Schulnachrichten.

## A. Allgemeine Lehrverfassung.

### I. Ober-Prima. Klassenlehrer der Director.

1. Religion. a) Für die katholischen Schüler 2 St. wöchentlich, im Winter Religionslehrer Vic. Hirschfelder: die Glaubenslehre bis zur Lehre von den h. Sakramenten; im Sommer Religiousl. Schinke: die Glaubenslehre vom Dasein Gottes bis zum Tode des Menschen; Wiederholung der Kirchengeschichte. b) Für die evangelischen Schüler 1 St. w., Superintendent Jacob: Lesen und Erklärung ausgewählter Abschnitte des N. T. im Urtexte; Lehre von der Vollendung des Heils; im Sommer: Symbolik.

2. Latein 8 St. w. der Director. 2 St. Horatii carm. lib. I, II, epist. lib. I, 1 — 10, 4 St. Cicero de officiis lib. 1 — 3, cap. 23. — 2 St. Stilübungen in Ertemporalien, Exercitien, Auffäßen; Übungen im Lateinsprechen.

3. Griechisch 6 St. w., der Director. 2 St. Sophocles, Antigona und Electra; 3 St. Platons Apologie, Crilon, Euthyphron und Phædon bis cap. 20. — 1 St. Grammatik und Uebersetzungen aus dem Deutschen und Lateinischen.

4. Deutsch 3 St. w. Oberlehrer Liedtke. Die Hauptlehren der Rhetorik, Übungen im Vortragen eigener Arbeiten, Vorlesen klassischer Stücke und Beurtheilung der angefertigten Auffäße.

5. Französisch 2 St. w. Professor Heimbrod. Grammatik nebst deutsch-französischen Übungen; Lektüre einiger Abschnitte aus Korker's Handbuche.

6. Hebräisch 2 St. w. Bis Ostern Religionslehrer Vic. Hirschfelder, seit Ostern Religionslehrer Schinke. Wiederholung der Formenlehre, das Wichtigste aus der Syntax, gelesen wurde aus Levy's Lesebuche I. König. cap. 3, 8, 10, 12, und Isaias cap. 1, 5, 6, 11, 12, 14, 40. Schriftliche Arbeiten.

7. Mathematik 4 St. w. Oberlehrer Rott. Wiederholung und vervollständigung der Stereometrie und Trigonometrie, Erklärung der Gleichungen, Progressionen, der Zins- und Rentenrechnung; Aufgaben, die theils in der Schule theils zu Hause bearbeitet wurden, dienten zur Einübung und Befestigung der mathematischen Sätze.

8. Geschichte und Geographie 3 St. w. Oberlehrer Liedtke. Die neuere Geschichte. Von Zeit zu Zeit wurde eine Stunde auf den geographischen Unterricht verwandt.

9. Physik 2 St. w. Oberlehrer Rott. Die Lehre vom Schalle und von der Wärme. Die Lehre von den festen Körpern.

10. Gesang 1 St. w. Gymnasiallehrer Wolff.

11. Zeichnen 1 St. w. Zeichnenlehrer Peschel. Für die Primaner und Sekundaner, welche daran Theil zu nehmen wünschten.

### **II. Unter-Prima. Klassenlehrer Oberlehrer Dr. Spiller.**

1. Religion combinirt mit Ober-Prima.

2. Latein 8 St. w. der Director 2 St. Horatii carm. lib. I und II. Oberl. Dr. Spiller 6 St. Ciceronis orat. pro Ligario, pro rege Dejotaro, divinatio in Caecil., pro imperio Cn. Pompeji 3 St.; Memoriren, Stilübungen in Exercitien, Extemporalien, Aussäzen 3 St.

3. Griechisch 6 St. w. Oberlehrer Dr. Spiller. Homeris Ilias lib. V, VI, VII, VIII. 2 St.; Xenoph. memor. lib. 1 und 2. 3 St. Grammatik nebst häuslichen Uebersezungen und Extemporalien 1 St.

4. Deutsch combinirt mit Ober-Prima.

5. Französisch 2 St. w. Professor Heimbrod. Grammatik nebst deutsch-französ. Uebungen; Lektüre einiger Abschnitte aus Karkers Handbuche.

6. Hebräisch combinirt mit Ober-Prima.

7. Mathematik 3 St. w. Oberlehrer Rott. Flächenberechnung, Stereometrie und Anfangsgründe der Trigonometrie. Die Rechnung mit Wurzelgrößen, die Lehre von den Gleichungen und Progressionen. Uebungen im Lösen geometrischer und arithmetischer Aufgaben.

8. Geschichte und Geographie combinirt mit Ober-Prima.

9. Physik combinirt mit Ober-Prima.

10. Gesang wie Ober-Prima.

11. Zeichnen wie Ober-Prima.

### **III. Ober-Secunda. Klassenlehrer Gymnasiallehrer Wolfe.**

1. Religion. a) Für die katholischen Schüler 2 St. w. Religionslehrer Schinke. Von den Sakramenten, die allgemeine Sittenlehre, der Glaubenslehre erste Hauptabtheilung. b) Für die evangelischen Schüler 1 St. w. Superintendent Jacob. Der Mensch und die Sünde. Die christliche Kirchengeschichte vom Jahre 1000 bis 1815.

2. Latein 10 St. w. Gymnasiallehrer Wolfe. 3 St. Virgil. Georg. lib. IV. Idyll. 1, 2, 3, 4, 5. Aeneid. lib. VII.; 3 St. Livius lib. XXI; Memorirübungen. 4 St. Grammatik, die

Lehre vom conj., imperat., infinit., partic., gerund. und supin. Uebersetzungen, Exercitien und Auffäße.

3. Griechisch 6 St. w. Gymnastallehrer Wolke. 2 St. Hom. Iliad. lib. XIII., XIV., XV. 2 St. Herod. lib. VII., c. 44 — 170. 2 St. Grammatik, vom Subjekte und Prädikate. Die Lehre von den Kasus; Exercitien und Compositionen.

4. Deutsch 2 St. w. Gymnastallehrer Wolke. Poetik, über die lyrische und epische Poetie, verbunden mit der Erklärung gelesener und memorirter Stücke von Schiller und Klopstock, Metrik, Correctur der schriftlichen Arbeiten.

5. Französisch 2 St. w. Professor Heinbrod. Voltaire Charles XII., 3. und 4. Buch. Grammatik nebst deutsch-französischen Übungen.

6. Hebräisch 2 St. w. Religionslehrer Schinse. Unregelmäßige Zeitwörter und das Wichtigste vom Nomen. Aus dem Lesebuche von Levy wurde gelesen I. Mos. cap. 37 — 47 und II. Mos. 12.

7. Mathematik 4 St. w. Oberlehrer Rott. Flächenberechnung, die Lehre vom Kreise, Anfangsgründe der Stereometrie, die Rechnung mit Wurzelgrößen, die Lehre von den Logarithmen und Gleichungen, Lösung von Aufgaben.

8. Geschichte und Geographie 3 St. w. Oberlehrer Liedtke. Das Mittelalter. Von Zeit zu Zeit wurde eine Stunde auf die Geographie verwandt.

9. Physik 1 St. w. Oberlehrer Rott. Einleitung, von den allgemeinsten Körperphänomenen, die Lehre von den flüssigen und luftförmigen Körpern.

10. Gesang 1 St. w. mit Unter-Secunda und Unter- und Ober-Tertia Gymnastallehrer Wolff.

11. Zeichnen. Siehe Ober-Prima.

#### **IV. Unter-Secunda. Klassenlehrer Collaborator Schneider.**

1. Religion. a) Für die katholischen Schüler 2 St. w. Bis Ostern Religionslehrer Lic. Hirschfelder; seit Ostern Religionslehrer Dr. Smolka. Von der göttlichen Offenbarung und den Erkenntnisquellen des christlichen Glaubens, von der Wahrheit der katholischen Kirche und ihren Schicksalen bis auf Constantin. b) Die evangelischen Schüler waren mit der Ober-Secunda combinirt.

2. Latein 10 St. w. Collaborator Schneider. 3 St. Virgilii Aen. lib. I — III incl. 3 St. Salustius de bello Jug. 4 St. Grammatik, nach Wiederholung der Lehre von den casibus und temporibus die Lehre von den modis, Prosodie und Metrik des heroischen Verses, mündliche und schriftliche Übungen im Uebersetzen ins Latein, Exercitia und Auffäße, Memorisiren.

3. Griechisch 6 St. w. Professor Heimbrod. Homeri Odyss. lib. I — 4, v. 200. Xenoph. Anab. lib. 3 und 4 bis c. 5, Grammatik: Wiederholung der Formenlehre, Anfang der Syntaxis, deutsch-griechische Übungen.

4. Deutsch 2 St. w. Collaborator Schneider. Wiederholung der Satzlehre, die Lehre von den Tropen und Figuren, Übungen im Vortrage; Aussätze.

5. Französisch 2 St. w. Professor Heimbrod. Grammatik nebst deutsch-französischen Übungen, Voltaire Charles XII., 1. und 2. Buch.

6. Hebräisch 2 St. w. Bis Ostern Religionslehrer Lic. Hirschfelder, seit Ostern Religionslehrer Schinke. Elementarlehre, Formenlehre des regelmäßigen Verbums, der Pronomina und des Artikels. Übungen im Lesen und Schreiben. Gelesen wurde I. Mos., cap. 1 und 2, II. Mos., cap. 1 und 2.

7. Mathematik 4 St. w. Oberlehrer Rott. Unterrichtsstoff wie in Ober-Secunda.

8. Geschichte und Geographie 3 St. w. Oberlehrer Liedtke. Die Kultur-Völker der alten Welt mit Ausnahme der Römer; besondere Berücksichtigung des Geographischen.

9. Physik 1 St. w. Oberlehrer Rott. Unterrichtsstoff wie in Ober-Secunda.

10. Gesang. Siehe Ober-Secunda.

11. Zeichnen. Siehe Ober-Prima.

## V. Ober-Tertia. Klassenlehrer Gymnasiallehrer Wolff.

1. Religion. a) Für die katholischen Schüler 2 St. w. Religionslehrer Schinke. Von den Gnadenmitteln und den Geboten. b) Für die evangelischen Schüler 1 St. w. Superintendent Jacob. Biblische Geschichte des alten und neuen Testaments; Wiederholung; im Sommer christliche Kirchengeschichte bis zum J. 1000.

2. Latein 10 St. w. Gymnasiallehrer Wolff. 2 St. Ovid. metam. Abschnitte des II., III., IV. und V. Buches; 3 St. Cæsar de bello gall. lib. IV und V. — c. 44. 4 St. Grammatik, von den modis und participi., schriftliche und mündliche Uebersetzungen und Compositionen. 1 St. Memoriren.

3. Griechisch 6 St. w. Gymnasiallehrer Wolff. 3 St. Xenoph. Anab. lib. I.; 1 St. Uebersetzung aus dem griechischen Lesebuch, Hom. Odyss. IV., 1 — 100; 2 St. Grammatik, verba pura, liquida, verba auf  $\mu$  und die unregelmäßigen; Compositionen.

4. Deutsch 2 St. w. Schulamts-Candidat Frenzel; seit dem Anfange Juni's Religionslehrer Dr. Smolka. Wiederholung der Periode, die Satzgefüge, Lektüre und Erklärung epischer und lyrischer Gedichte, so wie prosaischer Stücke, Aussätze.

5. Französisch 2 St. w. Collaborator Puls. Wiederholung der Formenlehre und der unregelmäßigen Verben; Adverbien, Präpositionen &c., Uebersetzung von Lesebüchern, monatliche Compositionen.

6. Mathematik 3 St. w. Schulamts-Candidat Kämmler. Potenzen und Extrahiren mit Buchstabengrößen, die Lehre von den Verhältnissen und Proportionen, Gleichungen des ersten Grades mit einer und mehreren Unbekannten, die Lehre von den Parallellinien und Parallelogrammen, Verwandlung geradliniger Figuren, Proportionen gerader Linien und geradliniger Figuren, Übung in der Lösung geometrischer Constructionsaufgaben.

7. Geschichte und Geographie 4 St. w. Oberlehrer Liedtke. Deutsche und preußische Geschichte mit Berücksichtigung des Geographischen.

8. Naturgeschichte 1 St. w. Schulamts-Candidat Kämmler. Mineralogie, die Säugetiere und Amphibien; im Sommer Botanik.

9. Gesang 1 St. w. Siehe Ober-Secunda.

10. Zeichnen 1 St. w. Zeichnenlehrer Peschel.

## VII. Unter-Tertia. Klassenlehrer Gymnasiallehrer Steinmeß.

1. Religion. a) Für die katholischen Schüler 2 St. w. Bis Ostern Religionslehrer Lic. Hirschfelder; nach Ostern Religionslehrer Dr. Smolka. Die katholische Glaubenslehre. b) Für die evangelischen Schüler: Siehe Ober-Tertia.

2. Latein 10 St. w. Gymnasiallehrer Steinmeß. 2 St. Ovids Metamorph. Abschnitte aus lib. III, VI, XI, 3 St. Caesar de bell. gall. lib. VI und VII bis c. 20., 4 St. Grammatik, Wiederholung der Kasuslehre, Eigenthümlichkeiten im Gebrauche der Adjectiva und Pronomina, die Bedeutung der Tempora, Exercitien und Extemporalien; 1 St. Memoriten.

3. Griechisch 6 St. w. Oberlehrter Dr. Spiller. Nach Wiederholung des Vensums der Quarta wurden die verba muta und liquida und sämmtliche unregelmäßige bis zu den verbis auf μι durchgenommen, schriftliche Arbeiten, Übersetzung der Lesestücke aus dem Lesebuch bis S. 56.

4. Deutsch 2 St. w. Gymnasiallehrer Steinmeß, die Lehre von den Perioden, grammatische Übungen, mündliche und schriftliche, im Anschluße an das Lesebuch, Übungen im Vortrage.

5. Französisch 2 St. w. Collaborator Puls. Wiederholung der Formenlehre, unregelmäßige Verben, monatliche Compositionen.

6. Mathematik 3 St. w. Schulamts-Candidat Kämmler. Die Lehre von den Parallellinien und Parallelogrammen, Verwandlung geradliniger Figuren, Übung in der Lösung geometrischer Constructions-Aufgaben, Potenzen von Polynomen, Gleichungen des ersten Grades mit einer und mehreren Unbekannten.

7. Geschichte und Geographie 4 St. w. Gymnasiallehrer Steinmeß. Wiederholung der griechischen Geschichte, römische Geschichte; im Anschluße an dieselbe wurden die Länder betrachtet, welche Schauplatz der Ereignisse waren.

8. Naturgeschichte 1 St. w. Gymnasiallehrer Huber. Botanik, Terminologie und Pflanzenerklärung.

9. Gesang. Siehe Ober-Tertia.
10. Zeichnen 1 St. w. Zeichenlehrer Peschel.

## VII. Quarta I. Klassenlehrer Collaborator Puls.

1. Religion. a) Für die katholischen Schüler 2 St. w. Religionslehrer Schinke. Die katholische Glaubenslehre, erster Theil. b) Für die evangelischen Schüler: Siehe Ober-Tertia.
